Quelle: https://manuscripta.at/?ID=886
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



equedistanti eius longioris diei longitudo est 13 hore equales et
perueniemus ad clima et linea equedistante eius longioris diei lon-
gitudo est 16 hore equales et faciemus superfluum quod est inter cli-
mata et lineas equedistantes medietate hore et medietate hore et secundum
quod fecimus ipsum in eleuationibus et superfluum orbis signorum. et
signum superfluum locorum qui sunt a partibus duabus orbis meridiei ad ori-
entem et occidentem secundum vnam horam equalem et faciam propter hoc
tabulas omnis climatis et omnis signi et describam. s. in lineis pri-
mis numerum horarum equalium que sunt longitudo orbis meridiei ad
orientem et occidentem In lineis vero secundis quantitate arcuum qui sunt
a summitate capitum usque ad caput signi dati quemadmodum prediximus
in lineis a tercia et quarta quantitate angulorum prouenientium ex locis.
sectionis secundum modum quem prediximus Cum vero linee. s. angulorum
prouenientium in locis eis que secuntur ab orbe meridiei orientem
quarte autem linee angulorum prouenientium in locis eis que secun-
tur occidentem ab orbe meridiei quemadmodum iam determinauimus
Recordemur autem eius quod diximus. s. quod duorum angulorum qui sunt
ex portionibus orbis signorum secundum quantitatem numquam accipimus
nisi septentrionalem Et ostendamus cuiusque horum quantitatem
qua angulus rectus est 90. partes Et hec quidem est tabularum
descriptio